



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Decretum prorogationis Seßionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

Hac vire derogat. Quod si sancta Synodus, aut aliquis ex ea, vel suis, cuiuscumque conditionis, vel status, aut preeminentia existens, praescripta & securitatis & salui conductus formam & modum in quocumque pando vel clausula violauerit; quod tamen auertere dignetur Omnipotens; & sufficiens emenda non fuerit mox subsecuta, & ipsorum arbitrio merito approbanda & laudanda: habeant ipsam Synodum, & habere potuerunt, incidisse in omnes penas, quas iure diuino & humano, aut consuetudine, huiusmodi saluorum conductuum violatores incurtere possunt, absque omni excusatione, aut quavis in hac parte contradictione.

Extensio ad alias nationes.

Eadem sacrosancta Synodus in Spiritu Sancto legitimè congregata, praesidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis de latere Legatis, omnibus, & singulis aliis, qui nobiscum in iis, quæ sunt fidei, communionem non habent, ex quibuscumque regnis, nationibus, prouinciis, ciuitatibus, ac locis, in quibus publice, & impunè predicatur, vel docetur, sive creditur contrarium eius, quod sancta Romana senit Ecclesia, dat fidem publicam sive saluum conductum sub eadem forma, & eisdem verbis, quibus datur Germanis.

SESSIO XIX.

QVÆ EST TERTIA

SVB PIO IV. PONTIF. MAXIM.
CELEBRATA DIE. XIV. MAII,
M. D. LXII.

Decretum prorogationis Sessionis.

SACRO SANCTA OEcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitimè congregata, praesidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, decreta ea, quæ hodie in praesenti Sessione statuenda ac facienda erant, iustis nonnullis acho-

ncil. Tru
declarati
ne ut. 1. 100
17. 1. 100
17. 1. 100

208 Concil. Trid. cum Declarat. & Remiss.
achonestis causis, in Feriam quintam, post proximam
leminitatem Corporis Christi, qui erit pridie Nonas Iunij
proroganda esse censuit, ac prorogar; dicta que die Sessione
nem habendam esse ac celebrandam omnibus inicit. In
terea rogandus est Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi,
auctor pacis, ut sanctificet corda omnium; quo ad
uante, sancta Synodus & nunc, & semper meditari, aqua
peragere valeat, quae ad eius laude & gloriam pertinet.

SESSIO XX.

QVÆ EST QVARTA
SUB IVLIO III. PONT. MAXIM.
CELEBRATA DIE IV. IVN.
M. D. LXII.

Decretum prorogationis Sessionis.

SACRA CONVENTUS ACRO SANCTA oecumenica, &
generalis Tridentina Synodus, in Spinea
sancto legitime congregata, praefat
tibus in ea eisdem Apostolicae Sedis:
garis propter varias difficultates, et
uersis causis exortas, atque etiam con
gruentius, maiori que cum deliberatione omnia pio
dant; nempe ut dogmata cum ijs quæ ad reformatione
spectant simul tractentur & sanctificantur; ea que ad statu
da videbuntur tam de reformatione quam de dogma
bus, in proxima Sessione, quam omnibus inicit in die
sextam decimam subsequentis mensis Iulij, definita
se decrevit: Hoc tamen adie citio, quod dictum terminu
ipsa sancta Synodus pro eius arbitrio & voluntate, ha
rebus Concilii putauerit expedire, etiam in genera
li Congregatione, restringere & pro
rogare liberè possit &
valeat.